

1529.

Ex ms. arch. Stan. Aug. Reg.

Petrus Tomicki episcopus Cracov. et
Joanni de Tarnow palatino Ruffie
exercituum regni Polonie capitaneo.

Magnifice Domine frater et consanguinec cha-
rissime ac honorandissime. Reddiderunt mi-
hi heni literas vestre Magnificentie non-
nulli prefecti militum in terris Ruffie
militantium, quibus declarat vestra ma-
gnificentia, quantus motus sit inter eos
et eorum commilitones exortus ob nonnul-
lorum ex eis missionem, et quod aliter
cum eis ageretur, quam fuerit in publico
regni conventu constitutum, postulatque
a me Magnificentia vestra, que sit in ea
illorum acerbitate sistenda mea sententia, eam
illi significarem, ego recte non possum aliud
consulere Vestre Magnificentie, quam quod
paulo ante consului, ut videlicet satisfieret
decretis publici conventus, et haberetur ratio
temporis presentis, et summe contributionum
decretarum, que si omnes edita et soluta, scire
non possum, hoc vero affirmare possum quod
prout ex Baccalaureo Notario Magnifici domini
Thesaurarii, cognovi ne unus quidem gros-
sus ex publicis contributionibus secunda
et ultima rathe in thesaurum regium est
allatus, spero tamen quod brevi omnes ex-
actores, pecuniam a se collectam huc af-
ferent aut transmittent, que stipendia et
merita militibus istis militantibus exsol-
ventur

159
ventur, quod ut citra moram, et ullam Difficul-
tatem fiat, scripsi Magnificis Dominis Pa-
viensibus et Sandominiensibus Castellanis, eor-
que rogavi, ut ad hoc curam et operam su-
am impendant, id quod illos non ambigo
diligenter esse facturos. Commendo me ex
animo Magnificentiae Vestrae, et valere illam
felicissime desidero. Datum,